

SESSION 2025

LANGUE ET CULTURE ANCIENNE

Textes antiques (latins)

DURÉE : 6 heures

L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé

Le choix entre textes antiques (latins) et textes antiques (grecs), a été **irréversiblement** fixé au moment de l'inscription.

Tournez la page S.V.P.

Commentaire d'un texte latin

Comment pleurer un fils

Sénèque adresse cette consolation à Marcia, qui vient de perdre son fils.

Ad speciosa stupenti duo tibi ponam ante oculos maxima et sexus et saeculi tui exempla : alterius feminae quae se tradidit ferendam dolori ; alterius quae, pari affecta casu, maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis dominium, sed cito animum in sedem suam reposuit. Octauia et Liuia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserunt filios iuuenes, 5 utraque spe futuri principis certa : Octauia Marcellum¹, cui et auunculus et socer incumbere coeperat, in quem onus imperii reclinare, adulescentem animo alacrem, ingenio potentem, frugalitatis continentiaeque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandae, patientem laborum, uoluptatibus alienum, quantumcumque imponere illi auunculus et, ut ita dicam, inaedificare uoluisset laturum ; bene legerat nulli cessura ponderi fundamenta. Nullum finem 10 per omne uitae suae tempus flendi gemendique fecit, nec ullas admisit uoces salutare aliquid afferentes ; ne auocari quidem se passa est, intenta in unam rem et toto animo affixa. Talis per omnem uitam fuit, qualis in funere : non dico non est ausa consurgere, sed alleuari recusans, secundam orbitatem iudicans lacrimas amittere. Nullam habere imaginem filii carissimi uoluit, nullam sibi de illo fieri mentionem. Oderat omnes matres et in Liuiam maxime furebat, quia 15 uidebatur ad illius filium transisse sibi promissa felicitas. Tenebris et solitudini familiarissima, ne ad fratrem quidem respiciens, carmina celebrandae Marcelli memoriae composita aliosque studiorum honores reiecit et aures suas aduersus omne solacium clusit. A sollemnibus officiis seducta et ipsam magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se et abdidit. Assidentibus liberis, nepotibus, lugubrem uestem non deposuit, non sine contumelia 20 omnium suorum, quibus saluis orba sibi uidebatur.

Liuia amiserat filium Drusum, magnum futurum principem, iam magnum ducem : intrauerat penitus Germaniam et ibi signa Romana fixerat, ubi uix ullos esse Romanos notum erat. In expeditione decesserat, ipsis illum hostibus aegrum cum ueneratione et pace mutua prosequentibus nec optare quod expediebat audentibus. Accedebat ad hanc mortem, quam ille 25 pro re publica obierat, ingens ciuium prouinciarumque et totius Italiae desiderium, per quam, effusis in officium lugubre municipiis coloniisque, usque in urbem ductum erat funus triumpho simillimum. Non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremi sermonem oris haurire. Longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi totiens illum amitteret, irritata, ut primum tamen intulit tumulo, simul et illum et dolorem suum 30 posuit, nec plus doluit quam aut honestum erat Caesare² aut aequum altero filio saluo. Non desiit denique Drusi sui celebrare nomen, ubique illum sibi priuatim publiceque repraesentare, libentissime de illo loqui, de illo audire : cum memoria illius uixit, quam nemo potest retinere et frequentare, qui illam tristem sibi reddidit. Elige itaque utrum exemplum putes probabilius.

Sénèque, Consolation à Marcia

¹ Marcellus, neveu d'Auguste, avait épousé sa propre cousine Julie.

² César désigne ici Auguste, mort avant Livie.

Traduction

Toi, les beaux traits t'éblouissent ; je vais te mettre sous les yeux deux exemples illustres, que m'offrent ton sexe et ton siècle : celui d'une femme qui s'abandonna sans réserve au désespoir ; et celui d'une autre femme qui, frappée d'un coup semblable et perdant plus encore, ne laissa cependant pas au malheur un long empire sur son âme, mais se ressaisit presque aussitôt. Octavie et Livie, l'une sœur, l'autre épouse d'Auguste, perdirent chacune un fils à la fleur de l'âge et qu'elles pouvaient regarder comme l'héritier du trône. Octavie vit mourir Marcellus, sur qui son oncle et beau-père commençait à se décharger des fatigues et des soucis du pouvoir, jeune homme à l'âme vive, à l'esprit vigoureux, d'une tempérance et d'une retenue vraiment merveilleuses à son âge et dans un rang comme le sien, infatigable au travail, ennemi des plaisirs, capable de soutenir, si écrasant fût-il, le fardeau et, si je puis ainsi parler, l'édifice que son oncle se disposait à lui laisser sur les épaules ; Auguste avait su choisir des fondements qui n'eussent cédé sous aucun poids. Pendant tout le reste de sa vie, Octavie pleura et gémit ; jamais elle n'accepta la moindre parole reconfortante ; jamais même elle ne se laissa aller à aucune distraction, absorbée par une pensée unique qui l'occupait tout entière. Elle fut durant toute sa vie ce qu'elle avait été au jour des funérailles : non qu'elle manquât d'énergie, mais elle se refusait à tout allègement, craignant de redoubler sa misère si elle perdait le bonheur des larmes. Elle ne voulut avoir aucune image de ce fils si tendrement aimé ; elle ne souffrit pas qu'on lui en parlât. Elle détestait toutes les mères et montrait une fureur particulière contre Livie, dont le fils semblait avoir hérité du bonheur qu'elle se promettait pour le sien. N'ayant de goût que pour l'obscurité et la solitude, se détournant même de son frère, elle repoussa les poèmes composés à la louange de Marcellus et les autres ouvrages qui célébraient sa mémoire, et ferma les oreilles à toute consolation. Se déroband aux cérémonies officielles, abhorrant jusqu'à l'éclat trop vif de la majesté fraternelle, elle se terra dans une profonde retraite. Entourée de ses enfants et de ses petits-enfants, elle garda jusqu'au bout ses vêtements de deuil, à la grande humiliation de tous les siens, qui la voyaient, eux vivants, faire comme si elle était seule au monde.

Livie avait perdu son fils Drusus, grand prince, s'il eût vécu, et déjà grand capitaine : il avait pénétré jusqu'au cœur de la Germanie et planté l'étendard de Rome dans des contrées où l'on savait à peine qu'il existât des Romains. Il était mort au cours de la campagne, objet, durant sa maladie, du respect des ennemis eux-mêmes, qui avaient suspendu leurs attaques et n'osaient souhaiter une issue conforme à leurs intérêts. À cette mort qu'il avait trouvée en servant la République s'ajoutait l'immense désolation des citoyens, des provinces et de l'Italie entière, qui vit son convoi funèbre, au passage duquel municipes et colonies se précipitaient à l'envi pour lui rendre un suprême hommage, s'acheminer jusque dans Rome, semblable à un cortège triomphal. La mère n'avait pu recueillir ni les derniers baisers de son fils, ni les chères paroles de sa bouche expirante. Elle avait suivi durant ce long trajet les restes de son Drusus, et chacun des innombrables bûchers dont elle voyait briller la flamme en traversant l'Italie renouvelait pour ainsi dire sa perte et ravivait sa douleur ; mais, sitôt qu'elle l'eut déposé dans la tombe, elle y ensevelit à la fois son enfant et son chagrin. Elle ne s'affligea pas au-delà de ce que permettaient les bienséances tant que César était vivant, ni l'équité tant qu'elle avait un autre fils. Elle ne cessa par la suite de prononcer le nom de Drusus, d'avoir constamment son image devant les yeux, soit dans le particulier, soit en public, de prendre plaisir à parler, à entendre parler de lui ; elle vécut avec son souvenir, – ce souvenir de ceux qui ne sont plus, qu'on ne saurait nourrir et cultiver en soi quand on se l'est rendu trop cruel. Choisis donc, de ces deux exemples, celui qui te paraît le plus louable.

Traduction d'un texte latin

Recherche du plaisir et fuite de la douleur

Nemo enim ipsam uoluptatem, quia uoluptas sit, aspernatur aut odit aut fugit, sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione uoluptatem sequi nesciunt ; neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci uelit, sed quia non numquam eius modi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quaerat uoluptatem. Vt enim ad minima ueniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur ? quis autem uel eum iure reprehenderit, qui in ea uoluptate uelit esse, quam nihil molestiae consequatur, uel illum, qui dolorem eum fugiat, quo uoluptas nulla pariatur ?

Cicéron